# Band II., Nr. 346, Seite 77-78

*König Friedrich (I.) bestätigt dem von seinen Vorfahren gestifteten Kloster Lorch den Inhalt des Privilegs, das König Konrad (III.) dem Kloster verliehen hat.*

## Göppingen, 1154.[1]

In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus, dei favente clemencia Romanorum rex. Scimus, quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, qua dileccione[a] sacrarum legum precepta omnibus sunt intelligenda atque observanda, precipue vero summo Romanorum principi, cuius dignitatis pietate omnia sunt augenda[b] et emendanda et sacris institucionibus in meliorem statum reducenda. Quod deo annuente in omnibus locis venerabilibus[c] regni nostri seu personis, deo iure ibidem sine angaria et sordidis muneribus servientibus, nec non in eorum privilegiis et ceteris emunitatibus, a predecessoribus nostris legaliter eis prestitis, sanctiendo confirmare satagimus. Quapropter auctoritate nostra privilegium cenobii Lorich, in honore gloriose dei genitricis a parentibus nostris fundati, a rege Cůnrado traditum cum aliis ibidem ascriptis confirmamus. Scilicet abbatem prefati cenobii Craftdonem[d], honori nostro fideliter obsequendo indissolubili dileccione cum reliquis fratribus suis nobis adherentem, libertatem habere eligendi quemquam maiorem natu inter descendentes de genere regis Cůnradi et Friderici ducis clarissimi, nulla ei indulta licencia per se[e] constituendi subvocatum.[f] Qui si forte a stirpe parentali dilapidando, distrahendo, sibi emancipando dotes ecclesie aberraverit, conmuni[g] fratrum predictorum assensu[h] alius ydoneus[i] eligatur. Preterea regia nostra auctoritate sanctimus feodos, predia, seu mancipia a nostra familia illic data vel danda, seu si qua etiam aliunde concordi fratrum aspiratione commutata sint vel fuerint; ne quis successorum

[a] Das Original hat *dilectione.*
[b] Im Original das *u* hineinkorrigiert.
[c] Das Original hat in der Tat *locis munitatibus.*
[d] Das Original hat *Craftonem.*
[e] So die zugrunde gelegte Abschrift statt *pro se.*
[f] So die zugrunde gelegte Abschrift statt *subadvocatum.*
[g] Das Original hat *communi.*
[h] Das Original hat in der Tat *asensu.*
[i] Das Original hat *idoneus.*

[1] Die MGH und danach die Regesta Imperii datieren genauer auf 1154 Mai 3–17.

ausu temerario seu ratiocinio aliquo in transigendo[j] legittimam[k] satisdationem rescindat[l]. Iura vero spiritualia[m] cenobii pretaxati ad apostolicam sedem pertinencia devote collaudamus, secularia quoque, sub regia tutela consistere debencia, ut inconvulsa et inmobilia in posterum permaneant, regia nostra auctoritate privilegii, sigilli quoque nostri impressione inconmutabiliter confirmamus. Huius rei[n] testes sunt: Fridericus, filius regis Cůnradi, Cůnradus frater regis. episcopus unus de Saxonia, Anshelmus[o] nomine. Adelbertus comes. Ludowicus[p], comes et frater eius Emicho de Wirttemberg[q]. Marquardus de Grumbach et alii plures de familia regis.[r]<br> <br> Data anno dominice incarnacionis millesimo CLIIII.[s], indictione II.[t], regnante ipso Friderico rege primo[u], anno vero regni eius tercio[v], apud Goͤppingen[w] in Christo feliciter. Amen.

—

Der Textabdruck erfolgt nach einem Vidimus des Kaisers Maximilian I. von 1500.<br> <br> Das Original hat sich nachträglich im Stiftsarchiv St. Paul in Lavanttal/Kärnten gefunden. Die Textabweichungen, die sich bei einem Vergleich ergaben, sind – abgesehen von einem Wechsel zwischen *c* und *t* – in den Anmerkungen nachgewiesen.<br> <br> Ein Monogramm des Kaisers fehlt im Original. Dagegen weist unterhalb des Textes in der Mitte des Pergaments hinter der Signums- und Rekognitionsschreift ein Loch im Pergament und die braune Färbung desselben auf ein ehemals eingefügtes Siegel hin.

[j]Das Original hat *transiendo.*
[k]Das Original hat *legitimam.*
[l]Im Original nachträglich das *s* hineinkorrigiert.
[m]Im Original *spiritalia.*
[n]Von hier an im Original in verblichener Tinte.
[o]Das Original hat *Hanshelmus.*
[p]Das Original hat *Luduwicus.*
[q]Das Original hat *Wirtiniberch.*
[r]Im Original folgt zuerst *Signum domini Friderici regis primi*, dann als eigene Zeile *Ego Zaezzolfus cancellarius vice archicancellarii recognovi.*
[s]Das Original hat $M^{o}.C^{o}.L^{o}.IIII^{o}$.
[t]Das Original hat $II^{a}$.
[u]Das Original hat *rege,* $I^{o}$.
[v]Das Original hat $III^{o}$.
[w]Das Original hat *Geppingen.*

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
Stiftsarchiv St. Paul in Kärnten

**Signatur/Titel des Originals:**
St. Blasien U 306

**Überlieferung und Textkritik:**
Vidimus K. Maximilians I. von 1500: HStA Stuttgart A 500 U 51.

**Editionen:**
Crusius: Annales Suevici, Bd. 2, Buch 10, Kap. 12, S. 419. Mager: De advocatia armata, Kap. 16, S. 721. Christoph Besold: Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum [...], 2 Bde., Tübingen 1636, Nr. 3, S. 724. Petrus: Suevia ecclesiastica, S. 538. Monumenta Germaniae Historica. Die Urkunden der deutschen Könige und Kaiser, Bd. 10, 1-5: Die Urkunden Friedrichs I., bearb. von Heinrich Appelt, Hannover 1975-90, Teil 1, S. 128–130, Nr. 77 (unter 1054 Mai 3-17).

**Regesten:**
Karl Friedrich Stumpf-Brentano: Die Reichskanzler vornehmlich des 10., 11. und 12. Jahrhunderts, nebst einem Beitrage zu den Regesten und zur Kritik der Kaiserurkunden dieser Zeit, 2 Bde., Innsbruck 1865-83. [Bd. 2: Die Kaiserurkunden des X., XI. und XI. , Bd. 2, Nr. 3688. Regesta Imperii Abt. 4, Bd. 2,1, S. 66, Nr. 219.

## Weitere Angaben

**Überlieferungsart:**
Vidimus

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Göppingen

**Ortsindex:**
(Burg) Württemberg Wüstung (21519)<br> (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W<br> Burggrumbach, Unterpleichfeld, WÜ<br> Göppingen

Wohnplatz (723)<br> Göppingen, GP<br> Kloster Lorch Wohnplatz (4658)<br> Kloster Lorch, Lorch, AA<br> Sachsen